

125. *Sacrificium Christi enervatur, imò prorsus tollitur: quod unicum, scriptura teste, est propitiatorum illud sacrificium pro peccatis totius Mundi.* Major ergò cogitari vix potest blasphemia, quam quod Theatrico & scenico illi, ex ineptis, & ridiculis, stultisq; gesticulationibus, conflato Dramati Missatico, vis purgandi peccata, avertendi pœnas & corporales ac æternas adscribitur.

126. 5. *Sacramentum mutatur in sacrificium, ac proinde in rem ipsa specie à se ipsa distantem.* Quod vel unicum si observarent Asini Romanenses, jampridem Idolo huic suo nuntium remisissent. Scelus enim vix gravius esse potest, quam mutare Sacramentum, in opus aliud, specie ipsa ab institutione sua dissidens.

127. 6. *Fingitur impurus Sacrificulus (ehen blasphemiam) intercessor esse pro Filio DEI, ut nimirūm Deus pater acceptabilem sibi velit esse oblationem Filij sui, sicuti hostiam Abelis: hoc est, sicut ovem aut capram Abelis.*

128. 7. *Fingitur panis Eucharisticus, mutatus in corpus Christi, pro ipso DEO esse adorandus. Quae detestanda ἀρτολατρεία non stylo anserino, sed pilo tartareo aliquando refutabitur.*

129. *Fingitur corpus Christi in Missa oblatum portari quotidiè per Angelos in conspectum DEI patris, hanc secus ac anima Lazari per Angelos fuit portata in sinum Abrahe. Negatur igitur*

M m 3 Arti-